1327 † 1

H-15990/22

Sentencia de el Justicia de Aragon contra los Vezinos de Berdun en que adjudica al Abb.d y Vezinos de Martes, Mianos y Bahues los Lugares ó Pardinas de Lopezuela, Castiello, Calcones, Botia en propried. y poss.n año 1327 Cxt. Tom. 1. p. 1049.

GOBIERNO DE ARAGON

Nouerint universi quod anno domini Millesimo .CCC. vicesimo quinto vide-
licet die Mercurij sexto kalendas junij apud Cesaraugustam coram venera-
bili et discreto dompno Eximino petri de Salanoua justitia Aragonum com-
paruerunt dompnus arnaldus garcie prior de nabal et Eximinus de logria infir-
marius monachi monasterij Sancti Joannis de Pinna et procuratores venerabilis
dompni luppi dei gratia abbatis dicti monasterij Sancti Joannis et petrus duerto
procurator hominum concilij de bagues et hominum concilij de martes et ho-
minum concilij de mianos ex una parte et dominicus verdun dastaz et mar-
tinus egidij vicini de berdun et procuratores hominum concilij dicti loci ex altera.
Et dicti procuratores fecerunt fidem suarum procurationum cum publicis instru-
mentis videlicet procurationis dicti Abbatis cum instrumento procurationis confecto
xxv.a die introitus mensis octobris anno domini millesimo .ccc. vicesimo quinto per
Salvatorem luppi auctoritate regia notarium generalem et procurationis hominum concilij
de martes cum instrumento procurationis confecto xxiij. die introitus mensis
julij anno predicto per Salvatorem luppi notarium publicum de martes et homi-
num concilij de bagues cum instrumento procurationis confecto die sancte Marie
Magdalene Era millesima .ccc.a lx.a secunda per E. et domini Sancij notarium publicum
de bagues et hominum concilij de mianos cum instrumento procurationis confecto
viij. die exitus mensis augusti Era Millesima .ccc. lx.a tertia per garsiam Exi-
mini notarium publicum de mianos et hominum concilij de berdun cum instrumento procurati-
onis confecto sexto idus madij Era M.a ccc. lx.a tertia per Michaelem Egidij no-
tarium publicum de berdun. Et dicti procuratores presentarunt dicto justitie
quandam litteram comissionis domini Regis cujus tenor talis est. Jacobus dei gra-
tia Rex Aragonum Valentie Sardinie et corsice Comesque barchinone ac sancte
Romane ecclesie vexillarius ammiratus et Capitaneus generalis dilecto suo Eximino pe-
tri de Salanoua justitie Aragonum salutem et dilectionem. Causa appellationis ad nos emis-
sa per procuratores abbatis Sancti Joannis de Pinna et conciliorum de martes et de
bagues et de mianos ex una parte et dominicum Joannis procuratorem universitatis
hominum de berdun ex altera a quadam sententia prolata per Jacobum bernardi et micha-
elem de Camats judices assignatos per inclitum infantem alphonsum karissimum primogenitum
et generalem procuratorem nostrum comitem urgelli in causa que vertebatur inter par-
tes predictos coram dictis judicibus ratione ademprivij terminorum ipsorum quam dicti
vobis per presentes ducimus comittendam mandantes vobis quatenus vocatis evocandis
dictam appellationis causam audiatis et eam fine debito terminetis breviter et de pla-
no prout de foro et de ratione fuerit faciendum maliciis et diffugiis procul
sis. Nos enim super predictis vobis per presentes comittimus plenarie vices nostras. Datum
Turolij viij. kalendas junij anno domini millesimo .ccc. vicesimo quinto. Quibus lit-
teris per dictum justitiam reverenter receptis dicti procuratores dictorum abbatis San-

GOBIERNO DE ARAGON

Joannis et locorum de Martes de bagues et de Mianos presentarunt
litis processum habitum super predictis clausum et sigillatum et peten
tia lata per dictos judices in eo quod contra ipsos lata existat revocari
et dicti procuratores hominum concilii de verdun presentarunt dictorum judicum processum
cessum super predictis habitum clausum et sigillatum et petierunt dicta senten
tia dictorum judicum in eo quod contra ipsos lata existit revocari. Et his
propositis concluserunt et petiit sententia quilibet pro se ferri. et
dictus justitia apertis dictis processibus attendens processus super predictis dictos coram
presentatos fore magnos et prolixos et non posse ipsos statim videre di
xit quod videret eos spacio et ipsis visis vocaret partes ad sententiam
audiendam in quo quidem processu continetur quod coram venerabili et discre
to dompno Michaele de Vmalls judice delegato ab inclito domino infante
alfonso primogenito domini Regis martinus martini rector ecclesie et procura
tor universitatis hominum de verduno dixisset contra dictum abbatem et conve
ntum dicti monasterii Sancti Joannis de Pinna Oscensis diocesis et contra homines
universitatis hominum locorum de martes et de bagues asserendo quod cum
homines universitatis de verdun et predecessores eorum ipsi vel alii eorum nomine
et mandato essent et fuissent in possessione vel quasi et possiderent et posse
dissent locum de Copervela cum terminis et pertinentiis et universis aliis juribus
suis a tanto tempore citra quod memoria hominum in contrarium non existit et
esset aldea annexa ville de verdun et pertinet ad homines universitatis ipsius
ex donatione Illustrissimi domini Regis Jacobi bone memorie et confirmatio
ne domini Regis Jacobi dei gratia Regis Aragonum. Et dicti abbas et conventus
et universitatis hominum de martes et de bagues vel alii eorum nomine vel
mandato perturbarent inquietarent seu molestarent homines universitatis
de verdun in possessione vel quasi loci et pertinentiarum et terminorum de Copervela
ingrediendo et habitando ibi contra voluntatem predictorum hominum de verdun
immittendo ibidem sua ganata grossa et minuta ad pascendum et scindendo
ligna viridia et sicca et scolando ibidem contra voluntatem predictorum hominum
de verduno et eorum quolibet ut est dictum indebite et injuste quare petebat
nomine quo supra per dictum judicem sententialiter judicari et declarari locum
de Copervela predictum pertinere ad homines universitatis de verdun et ad eorum
quemlibet et esse aldeam connexam eidem ville de verdun et inhiberi et mandari
sententialiter dictis abbati et conventui ac hominibus universitatis de mar
tes et de bagues et eorum quibuslibet quod non perturbent molestent nec inquietent
homines universitatis de verdun nec aliquem eorundem a possessione vel quasi qua
sunt et possident et possederunt ipsi et predecessores sui in jura quod habent
in dicto loco et terminis et pertinentiis et juribus suis. Et quia abbas et conven
tus predicti vel alii eorum nomine vel mandato et homines universitatis de mar
tes et de bagues intrarunt a centum vicibus supra et a mille citra in dicto loco
de Copervela et terminis et pertinentiis suis contra voluntatem hominum
universitatis de verdun pascendo scolando ligna scindendo ut est dictum
petit supradictos abbatem et conventum et homines universitatis de bagues

Coperuela

et de martes per dictum judicem in lx solidos Jaccensium de calonia pro unaquaque vice
et pro dampnis et interesse in mille marchis auri condempnari et obtulit fida
ntia de directo super possessione vel quasi et jure quod homines de verdun habent
in dicto loco et terminis de Copervela. petit insuper quod dictus judex ex officio
suo mandaret et inhiberet predictis abbati et conventui et hominibus locorum
de martes et de bagues et cuilibet eorum quod pendente lite non intraret cum suis
ganatis nec aliter in dictum locum terminos et pertinentias de Copervela cum hec
punitio ad ipsum judicem spectaret et sua interesset ut homines hinc inde non pro
vocarentur ad arma. Item conquerendo propositum extitit per dictum procuratorem contra
homines predicti loci de martes quod ipsi vel alii eorum nomine vel mandato ipsis
ratum habentibus venerunt de nocte ad terminum de Copershuela et dederunt
saltum et pignorarunt indebite et injuste per violentiam a duobus capitibus arie
tum supra et a xxx citra de ganatis hominum de verdun ibidem pascentibus
et possidentibus jus quod ibi habent et predictos arietes deportaverunt ad locum
de martes et tenent eos super fidancia juris quare petit dictos homines de mar
tes sententialiter condempnari per dictum judicem ad restituendum hominibus de verdun
predictos arietes cum pena dupli secundum forum et postea fuit facta commissio per
dictum dominum infantem ad instantiam dicti abbatis super juribus et actioni
bus realibus et personalibus quas dicte partes ad invicem coram eo proposue
rat Jacobo bernardi de sentusa juris perito Oscensi et dicto michaeli
de Vmalls juris perito unique eorum coram quibus judicibus Arnaldus de Venat procurator
substitutus pro procuratore universitatis hominum de verduno proposuit aliam petitio
nem contra dictos abbatem et conventum et homines universitatum de martes
et de bagues necnon et de mianos asserendo quod cum homines universitatis
de verduno et predecessores eorum ipsi aut alii pro eis vel eorum nomine vel
mandato essent vel fuissent in possessione vel quasi et possiderent
et possedissent locum seu villare vocatum de Copervela de Linvas et de
calcons necnon locum seu villam de castelillo cum terminis et pertinentiis suis universis
et juribus eorum citra quod memoria hominum in contrarium non existit pacifice
~~universis~~ pacifice et quiete et predicta loca essent et fuissent ab antiquo aldee
dicte ville de verduno et pertineant ad homines prefate universitatis ex do
nationibus Illustrissimorum dominorum Regum et principum regni arago
num videlicet dominorum Raymundi, Jacobi, alfonsi et confirmationi
bus subsequutis serenissimi domini Regis Jacobi Dei gratia nunc regnantis
que loca predicta includuntur infra limites loci predicti de verdun et dicti
abbas et conventus et homines dictorum locorum predictorum de martes de bagues et
de mianos aut alii ex eis vel eorum nomine vel mandato ipsis ratum habentibus a modico tempo
re citra perturbaret et inquietaret seu molestaret homines prefati de verduno
in possessione predicta vel quasi locorum predictorum pertinentiarum et termi
norum de Copervela et de castelillo de Linvas et de calcons et in usu eorumdem
in quibus fuerunt et sunt ingrediendo et abutendo ibidem contra volu

GOBIERNO DE ARAGON

tate Hominum de Verduno intromitendo sua ganata grossa ibidem et
minuta ad pascendum scindendo ligna viridia et sicca scaliando exci
do ibidem contra voluntatem predictorum Hominum de Verduno et eorum qua
libet indebite et injuste. quare petebant nomine quo supra per judices
Lopezuela. memoratos sententialiter pronuntiari et declarari predicta loca de Lope
Castilliello. zuela de castelillo de Linos et de calcos cum terminis et pertinentiis ac
Calcones. aliis universis juribus suis pertinere ad Homines universitatis predi
Lenuas. cte de Verduno et eorum qualibet et esse aldeas comerzos eidem ville
de Verduno et inhiberi ac mandari sententialiter predictis abbati
conventui ac Hominibus universitatis de martes de bagues et de mianos et
eorum cuilibet quod non perturbent molestent nec inquietent Homines dicte
universitatis de Verduno nec aliquem eorundem in jure usu vel possessione
vel quasi qua sunt et possident et possiderunt ipsi et predecessores sui
nec in jure quod habebant vel habere debebant in dictis locis termi
nis et pertinentiis et juribus suis universis et de quibus habteng usi fuerunt
et quia abbas et conventus predicti et Homines universitatum predictarum
de martes de bagues et de mianos vel aliqui vel alii pro eis vel eorum no
mine vel mandato intraverunt a C vicibus supra et a mille citra in dictis
locis de Loberuela de castellillo de Linuas et de calcos et terminis et perti
nentiis eorundem contra voluntatem predicte universitatis de Verduno im
mittendo inibi ganata sua grossa et minuta ad pascendum vagmolado
scaliando et exsolando ligna scindendo ac alia faciendo ut est dictum
indebite et injuste petebat predictos abbatem et conventum et Homi
nes predictarum universitatum de martes de bagues et de mianos per dictos
judices in LX solidos de calonia pro unaquaque vice sententialiter condemnari
et pro damnis et interesse in mille mar[cis] auri et obtulit fidantiam de dire
cto super possessione vel quasi usu et jure quod habet et habere debebat
Homines dicti loci de Verduno in dictis locis et terminis de Lopezuela de
castelillo Linuas et calcos petens quod dicti judices mandarent et inhiberent
predictis abbati et conventui et Hominibus locorum de martes et de bagues
et de mianos et eorum cuilibet quod pendente lite non intrarent cum suis ga
natis vel aliter in dictis locis terminis et pertinentiis de Lopezuela de cas
tellillo de Linuas et de calcos. Proposuit etiam contra Homines universitatum
de bagues de martes et de mianos asserendo quod cum locus de Verduno
cum universis pertinentiis ac juribus suis esset ~~[illegible]~~ nomine et proprius domini Regis Ara
gonum et ad ipsum spectare et Homines universitatum de bagues de martes et
de mianos vel alii eorum nomine vel mandato ipsis ratum habentibus inva
sissent fregissent et damnificassent Homines possessiones animalia
grossa et minuta et plura alia ad dictum locum de Verduno pertinentia videlicet
capiendo occidendo verberando injuste et irrogando personis dicti loci de
Verduno injurias intolerabiles et atroces et non esse dubium predicta faciendo
supradictos Homines et eorum quemlibet crimen lese majestatis multiplici

[...]ter incurrisse. Quare petebat dictus procurator Homines dictarum universitatum
a[...]ues de martes et de mianos et eorum quemlibet per dictos judices sententi
ali[ter con]demnari in penis que exigitur contra illos qui crimen lese majesta
[...]. Coram quibus judicibus martinus luppi de olzarra vicinus vici castri
procurator substitutus a procuratore dompni Petri abbatis et conventus sancti
Johannis de Pinna et Hominum universitatum villarum de martes de bagues et
de mianos proposuit petitionem suam contra Homines concilij de Verdun singula
riter et conciliariter asserendo quod cum predicti abbas et conventus et Homines
de martes et de mianos nomine dicti monasterii possiderunt et essent in possessione
vel quasi et possiderent et possedissent predecessores sui et essent et fuissent
in possessione terminorum dictarum villarum de martes de bagues et de mianos
et villariorum de castelillo et de la Cotera a tanto tempore citra incognito quod
memoria Hominum in contrarium non existit et Homines de Verduno a modico
tempore citra tam conciliariter quam singulariter contra voluntatem abbatis
et conventus et Hominum de martes de bagues et de mianos indebite et injuste
contra forum et usum Aragonum tam de nocte quam de die immittebant ganata sua
in ipsis terminis et villariis immittendo inibi predicta ganata et pascendo in
dictis terminis turbabant inquietabant et molestabant licet contradictum esset
eis et fuissent pignorati illi quorum erat ganata per illos quorum procurator existe
bat pascendo ganata sua in dictis terminis ut ipsi termini confrontantur
in dicta petitione. Quare petiit procuratorio nomine per dictos judices predictis Ho
minibus de Verduno inhiberi tam conciliariter quam singulariter ne immittant
ganata sua in dictis terminis et quod cessarent ab inquietatione perturbatione
seu molestatione supradictis et condemnari quilibet pro qualibet vice tam in penis
privilegiorum domini Regis quam in penis foris et usus eorum publicum committendo. Proposuit etiam
quod cum loca de bagues et de calcons cum terris et pertinentiis suis pertinere ad dictos Abba
tem et conventum iure dominii vel quasi et homines de Verduno contra voluntatem et preiu
dicium dictorum abbatis et conventus tam conciliariter quam singulariter in dictis terris et [...]
scolerent scaliarent et tenerent quasdam terras et immitterent ganata sua ad pa
scendum indebite et iniuste signater in termino de linuas de [...] terras scalia
vent et scolerent [...] nomini Sancius bahuis et alii in ipsa petitione nominati
in terris autem de calcons scolebant scaliabant et tenebant contra voluntatem
abbatis et conventus predictorum et possidebant quasdam terras Eximinus de lamana
Domarvita andreas de arcuso et alii in ipsa petitione nominati et termini dictorum vi
ciorum in dicta petitione designantur et terras etiam de linuas in petitione confrontantur
quare petebant nomine quo supra dictas terras a predictis detentas et indebite occu
patas prefatis abbati et conventui adiudicari et predictos homines in dicta peti
tione nominatos et eorum quemlibet condempnari et condempnatos compelli ad redden
dum et restituendum eidem nomine procuratorio et illis quorum procurator existit [...]

GOBIERNO DE ARAGON

terras cu fructibus inde perceptis et qui percipi potuerant quos estimabat a ce[ntum]
aureis supra et ad [duos] mille infra et in penis fori et alijs da[mnis da]tis p[ro]p[osuit]
etiam dictam universitatem expeditis excessibus et violentijs [illegible] da
domini infantis et proposuit etiā contra hoīes predictos de Verdun[o] [illegible]
de la Ruca et de la Rosseilla cu terris et pertinentijs suis pertinere ad monasteriu[m]
sancti Joannis iure dominij vel quasi que quidē villaria in petitione princip[ali] [illegible]
sunt confrontata et hoīes de Verduno tam concilialiter quā singulariter vel alius nomi-
ne vel mandato eoru ipsis ratu habentibus detinerent predicta villaria et termi-
nos eorundē cōtra voluntatē predictorum abbatis et conventus et gravamine et preiu-
diciu dicti mo.rii quare petebat dicta loca cu terris et pertinentijs suis adiudicari
et predictos tam concilialiter quā singulariter condemnari et cōdemnatos cōpelli
ad reddendū tradendū et restituendū dicto mo.rio predicta loca cu terris et per-
tinentijs cu fructibus inde perceptis et qui percipi potuerint quos extimabat a cētū
mar supra et ad duos mille citra cu penis fori et alijs damnis datis proposuerit
etiā contra hoīes dicti concilij de Verduno tam singulariter quā concilialiter quod
cu Villare de Botia cu terris et pertinentijs suis pertineret ad monasterium S.ti Joannis
iure dominij vel quasi qui termini confrontantur et designantur in petitione principalis
cause et hoīes de Verduno tam concilialiter quā singulariter vel aliqui nomine
vel mandato eoru ipsis ratu habentibus detinerent indebite et iniuste predictu[m]
villare et terras eius preter palatiu et quasdā terras pertinentes ad dictum palati-
um de quibus predicti abbas et monasteriu sunt in possessione vel quasi tamquā de
re sua quare petebat nomine quo supra predictum villare cu terris et pertinentijs
suis dicto mo.rio adiudicari et predictos homines de Verduno tā singulariter quā conci-
liter condemnari et condemnatos cōpelli ad restituendū et reddendū dictum villare
cu terris suis cu fructibus inde perceptis et qui percipi potuerint quos extimabat a mille
solidos supra et decem mille citra cu pena fori et damnis illatis proposuerat etiā
contra predictos hoīes de Verduno tam singulariter quā concilialiter quod cum
excelentissimus dns dns Jacobus dei gra Rex Aragonu qui nunc est et serenissi-
mus dns infans Alphonsus primogenitus eiusdē dni regis recepissent monasterium
et conventu et familias eorundē et omnia loca dicti mo.rii cu hominibus et bonis
eorundem in speciali guidatico et comanda sub penis duorum mille aureorum ut pate-
bat per literas et privilegia dictorum dnorum regis et dni infantis et hoīes de
de Verduno concilialiter vel alius eorum nomine vel mandato ipsis ratu haben-
tibus et singulariter quidā eoru videlicet dominicus Choco dominicus Martini et

[...]ctione nominati consulte et deliberatamente de die venerat
[a]d terminu de Coberuela de quo dicti abbas et conventus et homines s[ui]
de Martes et de Bahues sunt et fuerunt in possessione inconcusse a tanto
tempore citra q[uo]d hominu memoria in contrariu nō existit et ibidē insal
tu fecerunt in grege Joris de Sangorrin vicini de Martes et inde ceperunt
et secu asportaverunt p[er] violentiā viij capita capriarum Item quoad predictos
singulares in via regia obviates Petro Longas qui veniebat p[er] via publica ipsius
ville de Verdu in termino de Martes ipsum comoditer invaserat et percusserat
et in terra proiecerat et arma que portabat secu asportaverat et plures
alios querimonias proposuit contra homines de Verdu et singulares eorūdē
quare petebat predictos homines tā singulariter quā concilialiter declarari
penas incurrisse qualibet dicta et condenari ipsos et quilibet eorum compelli ad
easdē penas solvendū sicut in privilegijs protectionu continetur petijt etiam
predictos homines de Verduno concilialiter seu singulariter condenari et cōpelli
ad resarciendū damna que predicti abbas et conventus et homines sui p[er] dictis in
vasionibus sustinuerunt que estimabat a duobus mille solidos supra et a xx
millia citra. petijt etiā interdictu factu seu inhibitione hominibus de
Bahues et de Martes p[er] dictu Michaele de Coronat judice quatenus factu
fuit contra predictos ante oia tanquā iniuste revocari et in statu pristi
nu reduci cu p[er] illud videantur privari a possessione sua et parte adversam
in expensis legitimis condenari sup[er] quibus petitionibus oblatis p[er] parte hominu
de Verduno fuit lis contestata p[er] procuratores dictorum abbatis et conventus sancti
Joannis de Pinna et hominu dictorum locorum de Martes de Bahues et de Mia
nos. Similiter et procurator hominu concilij de Verduno fuit contestatu peti
tions dictorum abbatis et conventus et hominu locorum predictorum et fuerunt interroga
ti p[er] dictos judices procuratores hominu concilij de Verduno et dictorum abbatis et con
ventus et dictorum locorum an vellent probare qui dixerunt quod sic et fuit indicta probatio
eisdem. Et procurator dictorum hominu de Verduno obtulit articulos suos et produ
xit instrumenta et privilegia et testes et documenta ad probandū intentionem
sup[er] suis petitionibus predictis. Similiter et procurator dictorum abbatis et conventus
et hominum dictorum locorum dicti mo.rii ad fundandā intentionē sua sup[er] predi
ctis produxit instrumenta privilegia et documenta et testes et eorum attestationes
privilegia et documenta hinc inde fuerunt publicata et publicata et obiectu exti
tit hinc inde et allegatu et altercatu extitit inter partes sup[er] predictis et tan
dem concluso in causa dicti judices p[er] sua sententia diffinitiva adiudicarunt
Sentencia
predicta villaria de Coberuela et de la Rotora cu terminis et p[er]tinentijs suis
dictis abbati et conventui sancti Joannis Pinnatensis et procuratori suo predictis
hominibus dicte universitatis de Verduno et procuratori suo sup[er] dictis villarijs
et terminis suis tā sup[er] proprietate quā sup[er] possessione vel quasi eorundē
perpetuum silentiu imponendo et inhibuerunt predictis hominibus de Verduno
et procuratori suo ne de cetero molestet inquietet seu perturbent abbatem
et conventu dicti mo.rij nec homines suos de Bahues et de Martes in proprietate
nec in possessione vel quasi et usu dictorum villariorum cu terminis et pertinentijs

GOBIERNO DE ARAGÓN

suis nec de die nec de nocte inmittant ganata sua ad pascendum in ... ac
et usum regni sed permittant eos predicto loca pacifice possidere cum inter
dictorum villarum de Lopernela et dela Cortera et terminos dicte ville
duno sit villa de martes cum terminis suis intermedia que impedit dict
nibus de verduno usum pascendi de die in terminis prefactis et per ipsam sen
am non intendebat prejudicare in usum pascendi de sole ad solem et de area a
rea habitatoribus de Bolesfuela aldea de verduno nec in possessionibus siquas
ibidem habent homines de verduno et quia inuenerant quod terminus de Linnes co
tinetur et comprehenditur sub confrontationibus privilegij domini comitis
Raymundi et principis aragonum et similiter inuenerat per quoddam instrume
tum publicum quod dictum monasterium habuit dictum locum per cambium ab Epo.
Pampilonensi et quia terminus de Linnes excepta quadam padul prope rium
de aragon est totus cultus et quolibet pars ponit messegarios et custodes in
possessionibus quas habent in dicto termino et utraque pars ab antiquo cum suis
ganatis tam de die quam de nocte pauerat in dicto termino et padul et viderant
ipsi judices ipsum terminum ad oculum et sciebant quod neutri parti posset adiudi
cari dominium sine magno scandalo et periculo propter propinquitatem et mix
turas hereditates ac usus probatos per probationes hinc inde equales per sua sen
tentia pronunciarunt et judicarunt utramque partem cum suo titulo habere jus et
proprietatem de possessione suorum prediorum et possessionum que quisque possidebat
et possedit libere et sine aliqua servitute ac posse uti in dicto termino
tam in ponendo custodes quam in pascendo de die et de nocte ut hactenus extite
rat usitatum non tamen intendebant prejudicare dicto abbati et suo monaste
rio circa possessionem dicti termini. Item super loco de Calcos quia inuenerunt
ipsum cum titulis pertinere ad dictum monasterium et dictum monasterium et vassallos
suos possedisse ipsum terminum et homines de verduno nullum titulum habere de
eo idcirco adiudicarunt dominium et proprietatem et possessionem villaris de Calcons
pertinere ad dictum abbatem et monasterium suum et inhibuerunt dictis hominibus
ne dictum abbatem vel homines monasterij turbent circa jus et possessionem
predicta salvum tamen remaneret Exemeno de alama et alijs vicinis de verdu
que habent circa aliquas possessiones suas in dicto termino de Calcons ita
... sententia nullum prejudicium eis pararetur. Item quoad terminum de
castilillo quia inuenerunt dictum locum esse situm infra terminos de mianos juxta
privilegium domini alfonsi bone memorie Regis aragonum concessum populatori
bus de martes sententiando adjudicaverunt jus proprietatis et possessionis termi
ni de castilillo pertinere ad dictum abbatem et monasterium et ad homines dicti loci
de mianos super ipso hominibus de verduno perpetuum silentium imponendo salvum tamen
remaneret jus universitatis de verduno qui habent hereditates in dicto termi
no de castilillo quod nullum eis propter ea super ipsis prejudicium generetur et salvum
remaneret jus habitatoribus de Bolesfuela pascendi de sole ad solem de area
ad aream tam in termino de castilillo quam in termino de Calcos. Item quoad
terminum de Botia quia inuenerunt quod senior Jop Albarez et uxor sua Blas
quita cum voluntate domini Regis Sancij et domine Regine Exemine matris

... Regine maioris ejus uxoris quando venerunt ad obitum mortis
... seru ... Cenobio Sancti Joannis de Pinna villam de Botia casas terras
et vineas ortos molendinos et pascua inuenerunt per plures testes qui clarius et aptius
probant possessionem hominum de verduno tam in culturis quam in pascendo
et utendo de die et de nocte in dicto termino de Botia et quia dictus ter
minus comprehenditur et includitur infra limites privilegij domini Ray
mundi comitis Barchinone et dicti termini ipsi judices ad oculum viderant
et quod neutri partium poterat adiudicari dominium sine magno scandalo et peri
culo propter propinquitatem et mixturas hereditates ac usus probatos quas et quos
utraque pars habet in dicto termino idcirco sententiando adiudicarunt utramque partem
quolibet videlicet cum suo termino habere jus proprietatem ac possessionem suorum
prediorum et possessionum quas quisque possidet et possedit libere et sine aliqua
servitute ac posse uti in dicto termino tam in ponendo custodes quam in pascendo
de die et de nocte ut hactenus fuerat usitatum. per ipsam tamen sententiam non
intendebant prejudicare dicto abbati vel suo monasterio circa perceptionem deci
marum dicti termini nec circa predia vineas et alias possessiones vel jura quecumque
ibi habent vel consueverunt accipere ab antiquo. Item quoad terminos de
roto rosello La Rota et de Rosella quia licet inuenissent quod dicta loca fuissent data abbati
et monasterio predicto per Fortunium Maxones quia non inuenerunt quod dictum
monasterium possedisset ipsa loca et quia per privilegium comitis Raymundi decime
ipsorum locorum pertinent ad ecclesiam de verduno et quia ipsa loca sunt infra con
frontationes designatas in privilegio dicti comitis idcirco adiudicarunt dicta
loca per suam sententiam hominibus de verduno super eis dictis abbati et monaste
rio perpetuum silentium imponendo quoad penas protectionis domini Regis et domini
infantis et aliarum caloniarum petitarum per partem dicti abbatis ac etiam per partem
hominum de verduno utramque partem absoluerunt a penis petitis eis super predictis penis
perpetuum silentium imponendo a qua sententia procuratores dictorum abbatis et co
ventus et dictorum hominum conciliorum de martes de Baylues et de mianos in quantum
contra ipsos et partem suam faciebat ad dominum Regem apellarunt et petierunt eidem
deferri similiter et procurator dictorum hominum concilij de verduno in quantum dicta
sententia contra ipsos et partem suam faciebat ad dominum regem apellarunt
et petijt eidem deferri et dicti judices dictis apellationibus detulerunt et hec
omnia et alia in processu dicte cause et sententia supradicta latius continentur.
Post hec die Jovis vij. idus februarij anno domini Millesimo. CCC. vicesimo quinto
apud Cesaraugustam coram dicto justitia comparuerunt procuratores dictorum abbatis
et conventus Sancti Joannis de Pinna et hominum conciliorum dictorum locorum
de martes mianos et de Baylues ex una parte et dominicus Joannis procurator
hominum concilij de verduno cum instrumento procurationis confecto xvj.o kalendas
februarij Era millesima. ccc. lx. quarta per michaelem egidij notarium publicum de
verduno ex altera. Et dictus justitia processit ad suam sententiam in hunc modum
fenero NOS Eximinus petri de Salanova justitia aragonum ante dictus judex a domino

GOBIERNO DE ARAGON

Rege delegatus visis petitionibus propositis per partem hominum [illegible] a
contra prefatos abbatem et conventum Sancti Joannis de Pinna et [illegible]
ctorum locorum de martes de bahues et de mianos super villaribus de lope[illegible]
Linnas et de calcos et de villari de castelillo et super invasionibus et da[mpnis]
aliis in ipsis petitionibus contentis. Et visa petitione proposita per parte [domini]
abbatis abbatis et conventus Sancti Joannis de Pinna et hominum conciliorum
martes de bahues et de mianos super terminis dictorum locorum de bahues et de [mia]
nos et villariorum de castelillo et dela cortera de Linnas et de calcos con[tra ho]
mines dicti loci de berduno et super terris et possessionibus et super villar[ibus de]
botia et villariis dela rota et de rosezla et super pariis protestationum et aliis
in ipsis petitionibus contentis et responsionibus hinc inde factis petitionibus
supradictis et privilegiis et instrumentis ac etiam documentis et attestationi
bus testium hinc inde productorum et productis et omnibus hinc inde propositis produ
ctis et allegatis et toto processu dicte cause et sententia judicum predi
ctorum et omnibus que coram nobis proposita extiterunt omnibus plene discussis
et diligenter intellectis communicato consilio sapientum habendo pre oculis
solum deum authoritate nobis in hac parte concessa quia constat nobis sen
tentiam latam per dictos judices super locis seu terminis de lopeavelo et delacer
tera et terminis et pertinentiis suis et super loco seu termino vocato linn
as et super loco seu termino de castelillo et super loco seu termino de botia
et super locis seu terminis de la rota et dela rosezla esse justam senten
tiando pronunciamus per dictos judices esse bene pronunciatum et per utramque dictarum
partium in hoc male fuisse appellatum et dictam sententiam confirmamus
similiter in eo quod dicti judices pronunciarunt super loco et termino de calcos adiu
dicando dominium et proprietatem et possessionem pertinere ad dictum abbatem et
monasterium sententiando pronunciamus quantum in hoc per dictos judices
bene esse pronunciatum et quantum in hoc dictam sententiam confirmamus. et
quia invenimus sufficienter esse probatum per parte hominum de berduno quod ipsi
consueverunt pascere ab antiquo cum ganatis suis in dicto termino de cal
cos supplendo pronunciamus sentenciando predictos homines de berduno posse pa
scere et debere cum suis ganatis in dicto termino de calcos extra boualare
[illegible] loco fiet boualare et quod non inferant talam cum ipsis ganatis in vineis
seu messibus in ipso termino existentibus in omnibus vero aliis sententia
dictorum judicum confirmamus. prolata fuit hec sententia in civitate Cesa
raugusta octavo idus februarii anno domini millesimo ccc° vicesimo quin
to quam sententiam dicti procuratores dictorum abbatis et conventus Sancti Joannis
de Pinna et hominum dictorum conciliorum locorum de mianos et de bahues in eo
quod per ipsos faciebat acceptarunt in eo vero quod contra ipsos sentientes se
gravatos ad dominum Regem appellarunt et petierunt eidem defferri. simili
ter et dictus procurator dictorum hominum concilii de berduno in eo quod dicta
sententia pro ipso et parte sua faciebat acceptavit in eo vero quod contra

[illegible] sua faciebat sentiens se gravatum ad dominum [Regem] cora appellavit
[illegible]m defferri et dictus justitia dictis appellationibus deferens assigna
[vit] partibus terminum ad comparendum coram domino Rege predicta appella
[tione pros]equendo videlicet decem dies postquam dominus Rex fuerit in regno
Arag[onum] personaliter constitutus presentibus testibus ad hoc specialiter
nominatis petro Lanaja et garcia dayssa juris peritis Cesaraugustanorum.
Post hec die mercurii sexto chalendas junii anno domini millesimo
ccc. xx°vii°. apud Cesaraugustam coram dicto justitia comparuit Petrus
duentolo predictus procurator venerabilis domini Egidii dei gratia abba
tis dicti monasterii Sancti Joannis de Pinna cum instrumento procurationis con
fecto per Salvatorem Luppi notarium generalem auctoritate regia xvi. die introitus men
sis aprilis anno domini m°. ccc°. xx°. vii. ~~apud Cesaraugustam coram dicto justitia~~
~~comparuit~~ Et procurator etiam hominum conciliorum dictorum locorum de martes de mia
nos et de bahues cum instrumento procurationis quo supra et dixit quod acquiesce
bat sententie dicti justitie aragonum et renunciavit appellationi predicte.
Comparuit etiam Michael Sanccii dartasso procurator hominum concilii de ber
duni cum instrumento procurationis confecto per Michaelem Egidii notarium publi
cum de berduni per dominum Rege x°. chalendas junii Era m°. ccc. lx. v. [illegible] q
acquiescebat sententie dicti justitie aragonum predicte et renunci[avit]
appellationi per parte hominum de berdun ad dominum Regem interiecte. prese
ntibus testibus ad hoc specialiter nominatis peregrino de ançano et petro gua
llardi juris peritis Cesaraugustanis. Ego martinus de ruada scriptor publicus curie
venerabilis justitie aragonum antedicti et auctoritate regia notarius publicus per
totum regnum aragonum predictis interfui et hanc sententiam scribi feci [cum]
raso et emendato in vii.a linea ubi dicitur vertebatur inter partes et in
xvii.a ubi dicitur vill. et in xlvii.a ubi dicitur infantis. et in l.ii.a ubi dici
tur qui conciliatre. et in eadem ubi dicitur dictum. et in l.vii.a ubi dicitur
Joannis de sangorrin et in lxxii.a ubi dicitur ipsum terminum ad oculum
et in lxx.a vi. ubi dicitur calcons et in xc. ix. ubi dicitur sexto chalen
das junii anno domini millesimo. ccc°. xx°. vii. apud Cesaraugustam coram dicto et
sigillo appendicio dicti justitie sigillavi et in testimonium premissorum
meum assuetum apposui Sig+num.

... 1327 ...

Copia de sentencia a fabor del
monasterio de Veruela, pardinas
de Lizaruela y otras pars. y lug.
años 1325 [illegible] por el con
cello de [illegible] y [illegible]

Caj. 19
lig. 39
n. 19